UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

CXLII. Kurfürst Friedrich belehnt die Winß in Berlin mit Besitzungen in Sputendorf, am 14. Februar 1466.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55834

Visual Library

CXLII. Kurfürſt Friedrich belehnt die Winß in Berlin mit Beſitzungen in Sputendorf, am 14. Februar 1466.

Wir Friedrich, — Bekennen, — das wir — Valentin vnd Merten Winſs, borger in vnſer ſtat berlin — zu rechtem manlehen vnd zu geſampter hant gnediglich gelihen haben — jm dorff Sputendorff vff ſiwen vnd zwenczig hoffen, vff iglicher hoffe virczehen pfenning, ſiwen vf walburgen vnd ſiwen pfenning vff ſand mertens tagen vnd vff igliche huffe ein halp firttel roggen vnd ein halp virtel gerſten vnd dry matten hauern vnd vor den halben wagendinſt funff ſchilling pfenning vnd vff dem kruge dritthalb ſchilling pfenning und vff iglichem hoff ein halp hun vnd dritthalbe eyr, wir verlihen etc. vnd — haben in auch dy ſunderliche gnade getan, — das jm ſunderlich wonung, beſunder rauch vnde brot an der geſampten hant nicht ſal zu ſchaden komen. — Coln an der Sprew, am tage Valentini Anno etc. ſexageſimo ſexto.

Aus dem Churm. Lehns-Copialbuche C. M. XX, 504.

CXLIII. Johann Schulz gründet einen Altar in der Marienkirche zu Berlin, am 4. Dezember 1466.

Reverendo in Chriſto Patri et Domino, Domino Theoderico, Epiſcopo Eccleſie Brandeburgenſis, Domino ſuo gratioſo Johannes Schulte, opidanus in Antiqua Berlin veſtre Dioceſeos Brandeburgenſis, Solicitam in omnibus reverentialem obedientiam et paratam ſervitutem. Reverende Pater et Domine gratioſe. Quum preſentis villicationis lucrum unusquisque ante tribunal ſtrictiſſimi atque tremendi judicis ſit delaturus, ubi ſervus mammonam absque uſura convertens mittetur in Gehennam, Et hinc elemoſynas lucra non modica evangeliſatur apportare: Maxime ſperandum et firmius cum pro venerandiſſimi ſacroſancti corporis Dominici oblationum incremento, ubi plena humana ſalutis tractatur perfectio, atque divinis augendis officiis aſſignantur. Hac itaque ſpe firmiter animatus ſervi nequam evitare ſententiam, et ſibi felicis lucri gaudia preparare, ad laudem, gloriam et honorem omnipotentis dei ejusque genitricis intemerate virginis Marie atque omnium ſanctorum Nec non ad ſalutem mei, progenitorum, totiusque genelogie animarum memoriam pie motus, aliorumque, qui ad id manus porrexerunt adjutrices, in remedium et ſpem ſalutis eterne et pro divini cultus augmento nomine veri et legitimi teſtamenti, dono, lego et aſſigno Sedecim ſexagenas groſſorum monete Brandeburgenſis annui cenſus per me, meosque heredes, atque hereditarios ſucceſſores ſingulis annis expagandas et tandem juſto titulo emtionis et fundationis pro ducentis ſexagenis groſſorum monete ante dicte comparandas et in perpetuum habituras, pro fundatione atque dotatione cujusdam novi altaris, ſub vocabulo, nomine et honore Sancte Trinitatis Beatiſſime Marie Virginis et ſanctorum Matthie Apoſtoli, Johannis Evangeliſte, Fabiani et Sebaſtiani martyrum, Antonii, Trium Regum, Sanctarumque Anne, Catharine, Barbare, Margarete, Apollonie, Marie Magdalene et omnium ſanctorum, In loco parochialis Eccleſie Beate Marie Virginis